

Morbio 26 (123)



ulta sunt Egregiaq; uirtutes quibus praditus est III<sup>o</sup> supremus Hispanorum Militum tribunus. D. IOANNES BRAVVS DE LAGVNAS Hinc : murum non est si à Principibus diligatur a summis uiris colatur, et ab omnibus deniq; suauissime obstructur. Et quibus tamen Humanitas et Iustitia in primis entit, partes eximia comitesq; illius, qua ornatus est bellica uirtutis. Harum autem uirtutum Ciuitas Laudensis se potissimum letos fructus capere lertatur. Ita enim Milites, quibus praest, continent in officio et militari disciplina ut nemo Ciuium se unquam lasum iniuria arbitretur sed summa tranquillitas et otium conspiciatur; Quo quidem nomine cum se Ciuitas plurimum ei debere intelligeret, cogitarctq; assiduè quo officio, ac studio gratam se ac dignam eius beneficio præberet neq; ulla daretur alia facultas, qua suam apertius, et significantius uoluntatem declarare decreuit tandem illi ciuitatem impartiri, et priuilegia deferre, quibus ciues ipsi fruuntur Laudenses, quam licet significationem leuiorem eius erga se meritis esse non ignoret, cum in eo ornando ipsa se summis eius ornet ornamentis, confidit tamen eam qualiscumq; est illi uoluptati sibi autem præsidio, ornamentoq; futuram. Qua propter Nos Decuriores Præsidentes, regimini dicta ciuitatis Laudæ Nôstrum conciuem constitimus, et creamus et in numerum ciuium dicta ciuitatis cooptamus dictum III<sup>o</sup>. Supremum Hispaniorum, militum tribunum D. IOANNEM BRAVVM DE LAGVNAS, cum omnibus et quibuscumq; honoribus commodis, iuribus, gratijs, exemptionibus, immunitatibus et prerogatiuis, quibus primatis ciues ueri et originarij dicta ciuitatis fruuntur et gaudent, et frui et gaudere noscuntur et possunt tam ex forma iuris ciuili quam ordinum, et statutorum dicta Ciuitatis. In quoy fidem et testimonium præsentes fieri, et dicta Ciuitatis sigillo muniri iussimus. Dat. Laudæ die decimo septimo mensis Decembris M.D.C.XI.

M. Matetus Not<sup>r</sup> et Cane.



1611 17/XII

M. JS



Moritz 26 (123)

